nem diversum vocatur pro eo
quod tantum contrariae sibi op
ponuntur. ut non eorum sint
quibus opponuntur ut sapientia
entia stultitia. quod genus
in tres species dividitur; Nam
sunt quaedam eius quae medi
um habent. & sunt quaedam
quae sine medio sunt. & quaedam
sunt quae habent medium &
tamen sine nomine sunt. nisi u
trumque ei vocabulum datur [margin: cre&]
candidum & nigrum medium
habent. quia inter eos sepe co
lor pallidus vel fuscus inveni
tur. Sine medio sunt quotiens
unum de duobus accedit. ut sani
tas vel infirmitas. horum nihil
est medium. ea autem quorum me
dia sine nomine sunt. ut felix in
felix. medium habent non felix
Secundum genus est relativo
rum quae ita sibi opponuntur.
ut ad se conferantur. sicut du
plum simplum. hoc solum oppo
sitorum tertium genus ad se
refertur. non est enim maius
nisi ad minus refertur.

& simplum nisi ad duplum. Nam
relativum ipso relativo ita oppo
nitur. ut hoc ipsum quod opponitur.
aut eius quod opponitur. quocum
que modo refertur. Dimidi
um enim opponitur duplo eiusque
duplum me[di]dium est; Sed ita illi
opponitur ut eius sit cui op
ponitur. sic & [si] parum [ipsi] opp[onit]ur [ei]
& magno. ita ut ipsum parum
ad magnum cui opponitur
sit parum; Nam superiora
quae dicuntur contraria ita
sibi opponuntur ut eorum
non sint quibus opponun
tur. nec ad ea quocumque
modo referentur; Siquidem
iniquitas. iustitiae ita contra
ria est. ut non eiusdem iustiti
ae iniquitas sit aut ad illam
sit iniquitas, Tertium genus
est oppositorum habitus vel
orbatio quod genus cicero
privationem vocat quia osten
dit aliquid quempiam habu
isse unde privatus est; Cuius
species sunt tres quarum
prima est in[re], secunda in loco

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0097